

# EPISTOLA

dicis D. VVOLFANGO MEV-  
RERO, qui Lipsiæ artis medicæ professor  
est, & D. HIERONYMO HEROL-  
DO, qui eandem Norimbergæ exercet: quos  
omnes honoris gratia nomino, tanquam vi-  
ros amicissimos, & de me cum aliâs, tum hu-  
ius libri mihi communicati beneficio, optimè  
meritos. Eum si maturiùs habuiffem, cum re-  
liquis eius operibus (copiosis & eruditis in  
Dioscoridis libros V. de mat. medica Annota-  
tionibus, Descriptionis stirpium libris quatu-  
or: Sylva observationum circa diuersa medi-  
camèta simplicia, metallica aliâq;, & De ar-  
tificiofis extractionibus seu destillationibus  
libro, &c. quæ simul Iofias Rihelius Argen-  
tinæ ante quadriennium ferè meâ operâ edi-  
dit) aut certè cum quinto Descriptionis stir-  
pium eius libro, seorsim postea edito, adiungi  
curassem. Sunt autè apud me adhuc eiusdem  
authoris Descriptiones accuratissimæ pisciù  
marinorum, numero sexaginta sex: Venetijs  
ante annos viginti quinq; ferè ab eo conscri-  
ptæ: quas itidem alio tempore ubi cōmodum  
fuerit, Deo iuuante, cum alijs quibusdam ad  
Histo-